



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118820**

§. 13. Anni Sacri gratiæ a Summo Pontifice indultæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](#)

Sæc. XVII. que scilicet nummum) universi pretii  
A. C. 1608. solvat, idem plane a parte quoque Se-  
renissimorum Archiducum ad eundem  
modum fiat.

Hasce inducias ipse etiam Hispanie  
Rex ratas habebat, hanc in rem Se-  
goviae die septima Julii edito diplomi-  
te, in quo hæc addidit: *speramus vi-  
sim ab Ordinibus, durantibus his induc-  
Catholicos, qui inter ipsos sunt, bene tra-  
statum iri.*

### §. XIII.

*Anni Sacri gratiæ a summo Ponti-  
fice indultæ.*

*Memoir. se-  
cret. part. 6.  
pag. 169.  
Serran. hist.  
Reg. Franc,* **H**aud parum ad prosperum hujus ne-  
gotii successum contulerat summus  
Pontifex, qui non modo Ubaldinum  
Sedis Apostolicæ Nuntium in Franciam  
eo ex fine decreverat, sed etiam ad  
conciliandam amicitiam inter Hispanie  
& Franciæ Reges pro Catholicæ Reli-  
gionis augmento, & firmando inter A-  
sturiæ Principem & Christianam Hen-  
rici IV. filiam connubio sedulam nava-  
bat operam. Præterea ineunte Septem-  
bri Anni Sacri gratias & privilegia Ro-  
mæ indixit, eaque die sexta Septem-  
bris promulgari jussit, eo fine, ut Chri-  
stianos ad preces pro unione Principum  
Christianorum, hæresum extirpatione  
& præ-

& præprimis pro Catholica Religione, Sæc. XVII.  
quæ in Germania inter tantas liberta- A. C. 1608.  
tem expertentium turbas periclitabatur,  
eo ferventius ad Deum fundendas ani-  
maret: hanc in rem præcipuas Roma-  
næ urbis Ecclesias visitantibus, ac pro  
facultatum ratione inter egenos elec-  
mosynas erogantibus plenam noxarum  
condonationem offerebat. Eadem gra-  
tia Lutetiae Parisiorum vigesimo sexto  
Novembris die communicari cœpta per  
quindecim dies protracta est, innumera  
hominum multitudine piis operibus  
ad hujus gratiæ participationem fese  
comparante.

§. XIV.

*Contentio Papam inter & Venetos circa  
Abbatiam Vangadizzæ.*

Obeunte Francisco Lauretano Patritio *Palat. in vita*  
Veneto pinguis admodum Abbatia *Pauli V.*  
titulo Sanctæ Mariæ Vangadizzæ in *Andreas*  
Rhodigniæ Peninsulæ ditione vacabat, *Mauroc.*  
cui Paulus V. Pontifex successorem de- *Hist. l. 18.*  
derat hoc anno Scipionem Burghesium *magn. t. 1.*  
Nepotem suum. Ea re, eo qued infcio *Mem. Secret.*  
Senatu facta esset, offendebantur Ve- *part. 8.*  
neti, qui, cum Pontificis jus in Sacra  
in controversiam vocare haud possent,  
Burghesio temporalem, ut vocant, pos-  
sessionem denegabant. Interea vero  
Camal-